

riam verbis Prophetis connotari, ut ἀγγελος ab ipsis Rabbiniſ admiſſum, modo ſuppoſuimus] duo hæc nomina itidem confert, & utroque unum idemque ſuppoſitum denotari exiſtimat, quod ad ſententiam noſtram firmandam egregie facit. De מטטרון varia traduntur ex Medraſch Ruth, in Zohar fol. 181. in Marginali nota libri Jevammoth. fol. 16. 2. & Cholin fol. 15. conf. R. Levi ad Proverb. 1. v. 8. Talmud Chagiga fol. 15. ubi ſcribitur: דנתיהובא ליה רשותא למיתב למיכתב זכוותא ישראל
Quod data ſit ei poteſtas, ut ſedeat, & conſcribat merita Iſraelitarum, ruruſ quoque ei ſit poteſtas delere merita ipſorum.

Maxime autem huc ſpectat, quod in libro Jalkut ſuper locum Exod. 13. v. 21. ſcribitur: Ille eſt Metatron, cujuſ nomen eſt שדי, nempe Dei omnipotentis; Nam שדי Gematrice 314. totidem מטטרון. Authores hujus traditionis ſunt Talmudici in Sanhedrin c. 4. fol. 38. 2. quos omnino, ad Angelum non creatum, [nam nulli hoc competit,] ſed increatum, Meſſiam ſcil. reſpectum habuiſſe, erudite conjicit Cl. Buxtorf. in Lex. Talm. fol. 1192.

R. Abraham Hiſpanus, qui floruit circa annum Chriſti 1510. vulgo dictus אברהם אברהם Seba in צרור המור fasciculo Myrrhæ ſeu celebri in legem commentario lit. ט. 2. f. 3. ſcribit: Nomen Moysiſ abbreviate idem eſſe, quod מטטרון שר
 הגרון adjicit: והוא שדי & is Deus Opt. Max. Accinit per omnia R. Bechai ad locum prædict. Exod. qui, cum varias hujus vocis etymologias, quarum omnes increatæ perfectionis & infinitæ dignitatis perſonam ſupponunt, excuſſiſſet, Ex his, innuit, appellationibus patet, quod ipſe [Metatron] eſt Dominuſ omnium, quæ ſub eo ſunt, & quod omnes exercituſ ſuperiorum & inferiorum in poteſtate ejus ſunt & ſub ejus manu. Et paucis interjectis. Eſt autem tibi obſervandum, quod ratione ſignificati dominii ט in eo duplicatum eſt, & duo ט faciunt 18. id eſt חי, iſ ſublatis re-
 manet טרון quod idem eſt ac טרון Dominuſ.

§. XIV. In univerſum, [ut hoc unicum addamus,] ſi quaæſtio formetur: An Meſſiaſ in V. T. claro nonnunquam Angeli nomine